

incommunicabilis, non sustentata ab aliо. *Vel, uti Confessio nostra habet, Persona denotat, non partem aut qualitatem in aliquo, sed quod propriè subsistit.*

92. *Ex quo iam patet, magnum esse discriminem inter personas Divinitatis, & alias personas, extra eandem in creaturis existentes: quarum ea est natura, ut Essentialiter inter se discretè subsstant. & earum quilibet propriam seorsim, & ab aliis separatam habeat essentiam, ac præter nomen & appellationem nihil cum alterâ obtineat commune: sed quævis peculiaris sive singularis homodici possit, & debeat. Personæ vero in Divinitate, non sunt discretæ vel ipsâ essentiâ, vel appellatione saltem DEI aut Divinitatis: sed ipsâ essentiâ ita communicant, ut hæc omnibus personis numero & simplicissime sit una, & quidem non ex parte, sed ex toto.*

93. *Cæterum de discrimine sive differentijs Personarum, Quæstione sanè ardua ac difficulti, in sequente disputatione agetur propriè & accuratè: nunc ad Trinitatem personarum, in vna divina Essentia demonstrandam redeamus.*

94. *Ac in veteri quidem testamento, Initio eam confirmabant universa ex dicta, quæ vel DEVM in plurali numero Elohim, quod idem sonat, ac Dij. exprimunt: ut Ge 1, 1. Deut. 5. 26. vel ubi DEVS de se ipso in codem pluralitatis numero loquitur, ut Gen. 1, 26. 11, 7. vel in quibus Iehovah à Iehovah, Dominus à Domino aliquid super terras immittere dicitur, ut, Gen. 19, 24. &c.*

*Dein.*